

**Fuente, Vicente de la, 1817-1889**

**Designatis civitatis Llerdae pro studio generali  
totius regni Aragorum an MCCC [Manuscrito]**

[entre 1840 y 1880].

Vol. encuadernado con 9 obras

Signatura: FEV-AV-M-01405 (02)

La obra reproducida forma parte de la colección de la Biblioteca del Banco de España y ha sido escaneada dentro de su proyecto de digitalización

<http://www.bde.es/bde/es/secciones/servicios/Profesionales/Biblioteca/Biblioteca.html>

Aviso legal

*Se permite la utilización total o parcial de esta copia digital para fines sin ánimo de lucro siempre y cuando se cite la fuente*



Designatio civitatis Yllerde pro studio  
 generali totius regni Aragonum erigendi.  
 an. Mccc. (vid. pag. 27.)  
 by arch. reg. Barcin.

Jacobus Dei gratia Rex Aragonum, Valen-  
 tiæ et Murcia, ac Comes Barcinone dilec-  
 tis et fidelibus suis pacatis, et probis ho-  
 minibus, ac toti universitati civitatis Yllerde  
 presentibus et futuris salutem et gratiam. Dum  
 nosse curis animus agitatur assiduis, quam  
 nobis sit utile, quam decorum viros erudire  
 prudentes, per semina doctrinarum, qui per  
 studium prudentiores effecti, Deo nobisque com-  
 placeant, ac regnis et terris nostris, quibus Deo  
 propitio presidemus, fructus afferant salu-  
 tares; ad id præcipue curas nostras dirigimus  
 per quod viris eisdem scientiarum quarum-  
 libet honestarum apud nos alimenta con-  
 dantur, ut nec potissime nostros fideles, et  
 subditos pro investigandis scientiis nationes

peregrinas exoptere, nec in alienis ipsos oporteat regionibus mendicare. Cum igitur sanctissimus in Christo Pater ac Dominus Dominus, Bonifacius Papa octavus per speciale privilegia nobis hoc scientibus duxerit concedendum, ut in aliqua civitate vel loco terrae nostrae iniqui fundare vel ordinare possemus studium generale; et quod idem studium postquam per nos existeret ordinatum, eidem gratis privilegiis, et indulgentiis gauderet omnino, quae à sede Apostolica Aholosano studio sunt concessae, prout in ipso privilegio plenius continetur; Nos habito diligenti tractatu et consilio pleniori super electione loci, quo posset commodius idem studium ordinari, ad civitatem Ullerda, velut ortum fertilitatis et fecunditatis conclusum, ac fontem deliciarum signatum, quae quasi quoddam intermedium terrarum ac regnorum nostrorum exstitit, oculos nostrae considerationis super hoc vigilis duxi-

mus dirigendos. Ad eius namque reformatio-  
nem ac statum laudabilem tanto diligentius  
et specialius aspiramus, quanto civitatis eius-  
dem ac vestram, honorabiles cives, antiquam  
nobilitatem, legalitatem et fidem, ac grata  
pariter et accepta prædecessoribus nostris,  
ne minus nobis per vos impensa servicia ad  
nostram crebrius memoriam revocamus. Per  
nos igitur et omnes successores nostros volen-  
tes civitatem eandem huiusmodi gratiæ  
nostræ prærogativa potiri, tantique honoris  
titulis decorari, gratis et ex certa scientia  
civitatem prædictam auctoritate Apostolica,  
qua fungimus in hac parte ac etiam nostræ  
ad generale studium præ ceteris locis et ci-  
vitatibus terræ nostræ eligimus de præsen-  
ti, ac etiam ordinamus, volentes ac fir-  
miter statuentes, ut in ipsa civitate sit  
studium generale de cetero tam in iure ca-  
nonico quam civili, medicina, philosophia  
et artibus ac quibuslibet facultatibus aliis,

et approbatis scientiis quibuscumque. Itaque quod  
de cetero nulla persona cuiuscumque prohe-  
minencia, dignitatis, conditionis, status, aut  
legis existat, tam audax reperiat, quod in  
aliquo loco terrae et dominationis nostrae  
ubique citra mare habitae, vel Deo auctore  
in futurum habenda, iura canonica vel  
civilia, aut libros medicinae sive philosop-  
hiae audeat vel praesumat aliquibus scholaribus  
legere vel docere; neve scolares quicumque  
praesumat infra terram et dominationem  
nostram alibi quam in nostro studio Ber-  
densi iura canonica vel civilia, scientiam  
medicinae sive philosophiae a quocumque  
causa lectionis audire. Alioquin iram eo indig-  
nationem nostram et penam mille aureorum  
tam legentes quam audientes, quotiens con-  
venerint se noverint incursum, presenti  
statuto seu privilegio nichilominus in suis  
robore duraturo. Et quia cordi nobis existit  
idem prosequi studium continuè gratis et

favoribus oportunitis, illas ad præsens li-  
bertates et gratias ac indulgentias qua-  
lescumque quæ a sede Apostolica Tholosano  
studio sunt concessa, ipsi eidem studio  
Berdeni, doctoribus et magistris ac schola-  
ribus ibidem studentibus et studere volentibus,  
auctoritate Apostolica atque nostra de  
regia liberalitatis beneficio concedimus et  
donamus, ac etiam confirmamus. Utenden-  
tes in posterum, prout temporum et ne-  
gotiorum exegerit qualitas, eidem studio,  
et scholaribus de libertatibus et immuni-  
tatibus et gratiis continuis liberaliter pro-  
videre; quibus idem magis perficiat stu-  
dium incrementum. Hoc igitur donum so-  
lemne Nos Rex præfatus mente gratuita,  
ac etiam corde bono, vobis dilectis et fi-  
delibus nostri paciaris, probis hominibus  
ac toti universitati Berde presentibus  
et futuris per nos et omnes successores  
nostros offerimus, concedimus et donamus,

prout melius et plenius dice et intelligi  
potest ad vestrum et dictae civitatis com-  
mune et vestrorum; ut scilicet dictum  
studium generale in ipsa civitate habeatis,  
gubernetis ac etiam ordinetis. Salvis sem-  
per privilegiis et gratiis per nos vel suc-  
cessores nostros concessis eidem studio seu  
etiam concedendis; et salvis practis et con-  
ventionibus per nos eidem promissis atque  
concessis et concedendis et omnibus aliis  
nostris preceptis et ordinationibus qui-  
buscunque, quae ad utilitatem ipsius  
studii Merdensis nobis et successoribus  
nostris necessaria videbuntur. In cuius  
rei testimonium presentem cartam con-  
cessionis et donationis de dicto studio  
vobis concedimus, ac nostra bulla plum-  
bea tradi praecipimus communitatem  
Datum Caesar Augusta Kalendis septem-  
bris anno Domini M. trecentesimo. Sig-  
+num Jacobi Dei gratia Regis Aragonum.

Bestes sunt. Spiminus, Episcopus, Casaraugus-  
tanus. = S. Episcopus Valentinus. = Spiminus, S.  
Abbas Montis Aragonis. = Ja. Dominus de Xerica.  
= S. Dominus de Ayerbe. = S. Ferrandi. = Bong.  
de Interra. = Pappus Perrenet de Luna. = S. Mar-  
tini de Luna. = Johannes Martini de Luna.  
Hertaldus de Luna. = S. Cornelii. = Spiminus Cor-  
nelii. = Sancius de Avtilione. = S. Luppi de  
Ocyra. = S. S. de Castione. = Spiminus S. de  
Arenos. = Et plures alii ibidem ad generalem  
curiam congregati. Fuit clausum per Ber-  
nardum de Swerone de mandato Domini  
Episcopi.

Prohibitio de erectione scoliarum in terris  
Aragonum alibi præterquam in Nerda,  
an 1600. (Vid. pag. 24.)  
Ex arch. reg. Barcin.

Jacobus Dei gratia Rex Aragonum, Valentia  
et Murcia, ac Comes Barcinone dilecto suo  
vicario Barcinonensi, vel eius locum tenenti,  
salutem et dilectionem. Cum nuper in civi-  
tate Nerda generale studium in utroque iure,  
medicina et philosophia, et aliis quibuscumque  
artibus et scientiis tam auctoritate Apostolica  
nobis in hac parte concessa quam nostra,  
dixerimus ordinandum; et ut idem studium  
magis proficiat incrementum statuerimus  
firmiter et districtè ne in aliquo loco terra  
aut dominationis nostra habita vel ha-  
bitanda, præterquam in studio Nerdensi,  
aliquis audeat jura, medicinam vel phi-  
losophiam legere seu docere, neve quis a  
quocumque lectionis causa præsumat audire,

sub pena mille morabaturorum, quam transgressores incurrere volumus ipso facto, idcirco vobis dicimus, et mandamus quatenus in civitate Barchinona, villis et locis insignibus infra iurisdictionem vobis commissam constitutis, faciatis hoc edictum et ordinationem nostram solemniter publicari; et ne contra prohibitionem nostram prædictam ab aliquo cuiuscumque preheminentiæ, dignitatis, conditionis, legæ aut status existat aliquid attemptetur, curetis arcuis evitare, si de nostra confiditis gratia vel amore. Datum Cesaraugusta nonis septembris anno Domini MCCC. (a)

(a) Sub eadem forma et tenore datæ sunt litteræ officialibus Valentiniæ, Murcia, Dartusis, Terrachonæ, Serunde, Osce, etc. Similiter datæ sunt in commendationem eiusdem studii ad Episc. Serimum Cesaraugustanum, P. Trivasonem, Martinum electum Osce, Donicum electum confirmatum Barchin., G. Urgellon, Dng. Vicen, A. Dartusen, Rodericum Terraconem, Don. Serunden.







Universidad de  
Gerona:

Su fundacion a mediad<sup>y</sup> del siglo XV  
y vicisitudes Durante el siglo XVIII.

Veanse el discurso del Sr. Gratin  
en el tomo 1<sup>o</sup>

1800

1800

Confusion y desorden en el año 1800  
y en adelante

Confusion y desorden en el año 1800  
y en adelante

A. L. M.

Al Sr. D. Juan de los Rios  
en su casa de campo en el  
pueblo de Arganda del Rey  
provincia de Madrid  
a 10 de Mayo de 1788  
Yo el Sr. D. Juan de los Rios

51.



B. L. U.

et D. Vicente de la Fuente,  
y tiene el honor de acompañarle esta memoria  
en demostración de respetuoso afecto,

el Consejo de esta Universidad,  
Luisique Claudio Eribal

DOCTOR D. MANUEL VIGAS Y GÓMEZ

RECTOR DEL PRIMER ESTABLECIMIENTO

GERONA

IMPRESA DE TOMAS CARRERAS, CECILIANOS, 2

1876

